l. habeat

In hac die lux exserit e lumine uirtutum uirtus
adtollitur gloria et humiliatur superbia re-
parationem suam domino secundum carnem nascente
amplectatur mundum. Plenagit ergo dies huius
festiuitas qua deus noster memor nostri terrena uisi-
tare dignatus est et amissam mortalibus lucem
aduentus sui claritate reparauit. Quia ipse
est splendor et gloria aeterna ihesus christus dominus noster
qui cum patre uiuit et cum spiritu sancto regnat deus per omnia
secula seculorum amen. Item de natali

Natus est ihesus christus deus de patre homo de matre
de patre sine tempore de matre
sine semine de patre principium uitae
de matre finis mortis de patre or-
dinans omnem diem de matre conse-
crans istum diem. Hodie celi de super rorauer-
unt. Aperta est hodie terra genuit sal-
uatorem felix illa terra que sine semine
celestem seculo protulit panem mundo

pl

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_220/0146